et in unam rem victum est aquam nominaverunt, et spiritum pollentorum. ac spissum
aurum. quibus autem in ar. vi. tertium visis. sulfuris aquam ipsum nominant. sulfur quoque
cum sulfur continet. dicitur igneum et venenum, quod est patens archanum, quod
ascendere ab his que nostis. ¶ Inquit pandolfus. Si aque sulfuris
sublimationem belle narrares posteris, optime quod ageres. Et turba demonstra
igitur hanc pandolfi. Et ille. philosophi iusserunt ut ar. vi. ex cambar accipiatur,
et verum dixerunt. In hoc tamen sermone est aliquantulum obligatis. cuius tenebras
a nobis auferam. quod ar. vi. in tabernaculo sublimetis ex cambar. ar. vi. non
accipiatis. cambar autem est aliorum sulfurum quod bellus nobis demonstravit, quoniam
a sulfure sulfuri mixto multa opera procedunt. eo autem a nobis sublimato
procedit illud nobis ar. vi. a cambar quod est orbelie auripigmentum. zendenich.
ar. vi. ar. vi. auripig. ar. vi. zendenich. ar. vi. obsemenich. ma
gnesie. kuhul. ac omnium a sua natura transformatorum. ar. vi. philosophi dixerunt.
eo quod natura in suo ventre erat occulta. tecto autem illo quod est omnia, quod omnium
decus est perfecto suo regimine ei convenienter, eius alba apparuit natura,
et inhibuit ne umbra in eo appareret. nundi autem, plumbum. eius obsemich.
magnesie. martek. et eius album, ipsum nuncupaverunt. dealbatum est ei eius. et sicut
est umbra carens. eo quod illud eius sua nigredine privatum est. sua quo-

spissa corpora et ponderosa nullorum corporum penetrantia dimisit. et cum eo humidus spiritus
humidus conspirans tinctura est. Ideo sapientes dixerunt es et animam corporis habere. anima
autem eris est spiritus. corpus vero eris spissum. Oportet igitur vos spissum diruere corpus quousque
eius spiritum extrahatis ex eo tingentem. extractum quoque ex eo spiritum loco sulfuris
miscete. Unde vobis investigatoribus preparatur propitium. ¶ Ait Horfachol. (Horfachol.)
Nil aliud Pandolfi narrasti quam ultimum huius corporis regimen. ambigua igitur eo
posuisti descriptionem lectoribus. Si autem eis regimen inciperes, eius tenebras
destrueres. Inquit turba. dic igitur de hoc posteris quod placet. Et ille: omnes huius
artis investigatores, precipio loco igne eos comburere. sicuti ovorum nutritores.
oportet eum cum spiritu comburere humiditate. ne eius spiritus comburatur. et sit vas clausum undique.
ut eius calor augeatur, eius quod corpus diruatur, ac eius spiritus tingens extrahatur.
de quo invidi dixerunt. accipite. ar. m. ex eius flore. quem et eius nostri aquam
nuncupaverunt et igneum venenum ac ab omnibus extractum. quem et ethelie ex
luribus extracta rebus dixerunt. Amplius de quo dixerunt. quod omnia cum unum quod
fuit corpora temporea facta sunt. incorporea non corporea. Et scitote
omnes huius artis investigatores quod omne corpus dissolvitur cum spiritu cui mixtum
est. cum procul dubio simile fit spirituale. et quod omnis spiritus corporibus alteratur et colloratur.
cui spiritui colorem tingens ac contra ignem constans fit. Benedictum igitur sit nomen
eius qui sapientiam inspiravit corpus in spiritum vertere. vim et colorem inalterabilem habere
et incomputabile. et quod prius erat sulfur fugiens. nunc autem factus est sulfur
non fugiens nec combustibile. Et scitote omnes doctrine filii quod qui nunc potest spiritum
fugientem rubeum facere corpore et mixto deinde cum illo corpore illo spiritu sua
tenue nam in suo ventre occultum subtilissimo regimine extrahere. si patiens
est in coquendo pluritate. omne corpus tingit. quod invidi dixerunt. scitote quod es
ere postquam sua liberatur humiditate et sua ... aqua, ac sulfure cogitur
si corpus extrahatis ethelie habentes. invenietis quod omnes convenientes sunt tincture. propter
invidi dixerunt quod rebus igne diligenter contritis et ethelie sublimatis. fiunt
tincture fixe. Quicquid autem in libris philosophorum huius librorum invenietis. ar. m. significat
quem et sulfuris aquam nuncupavimus. quem autem dicunt es plumbum et es et nummum
(Ixsimidrus.) coopertum. ¶ Ait Ixsimidrus. iam tractavisti Horfolte de eius et
spiritus huius regimine optime continue si perficias. Et ille perfice igitur quod dimisi
Ixsimidre. Et Ixsimidrus. Scito est quod ethelie quam proposuisti et notificasti
sti. quod invidi non nullis eam nuncupaverunt nominibus, cum dealbatur albificat et
tingit, tunc vero eam dixerunt philosophi auri florem. eo quod naturale quod est non ne ...

dicas quod philosophi dixerunt an quod adhuc tinctura prohibetur quod aes non tingit. cum tamen tingitur, tingit eo quod aes nostrum cum sue miscetur tincture tingit. cum vero huius decem miscetur rebus quas philosophi vinas fermentatas esse nuncupaverunt. te autem hec omnia multiplicationes nuncupaverunt. non illa autem eorum multa colorum

Horfa ctol.

conspersione et colla auri dixerunt. hec igitur nomina que in libris philosophorum dicuntur que superflua et vana esse putantur vera sunt. ficta tamen sunt. eo quod unum sunt et una opinio et unum regimen. hoc est aes nostrum quod ex omnibus extractum est. ex quo omnia fiunt. quod est aqua munda que eius umbram delet. Et scitote quod hoc aes nostrum cum dealbatur fit sulfur, quod sulfure continetur. et est venenum quod marmoris splendori simile est. quod invidi ethelie vocant et auripigmentum et sandarach tinctura. ex quo mundus spiritus leni igne ascendit. et omnis mundus flos sublimatur. quod totum fit aes nostrum. hoc igitur est maximum archanum, quod philosophi narraverunt. quod solum sulfur aes dealbat. Intimandum est autem vobis huius artis investigatoribus quod illud sulfur non potuit aes dealbare. quousque in opere priore fuerat dealbatum. Et scitote quod huius sulfuris mos est fugere. Cum igitur sua spissa fugerit corpora et ut vapor sublimatur, tunc oportet vos alio aere nostro sui generis ipsum continere ne fugiat. quare philosophi dixerunt sulfura sulfuribus continentur. Amplius scitote quod sulfura tingunt, demum fugiunt procul dubio nisi aeri nostro sui generis iuncta sint. non putetis igitur quod tingit. deinde fugit. nummum esse vulgi. Verum philosophorum intentio est. nummus vulgi philosophorum, quod nisi albo vel rubeo misceatur quod est aes nostrum sui generis procul dubio fugiet. Iubeo igitur vos aes nostrum aeri nostro commiscere quousque una munda aqua fiat ex duobus composita. hoc igitur est maximum archanum. cuius confectio est sua gumma. et floribus cum leni coctum est igne et teris et magis rubeum factum est. et aceto sale nitro et ... in rubigine usque ubi quod hec illorum tingentium in nummo nostro existentium.

Eximenus.

Inquit Eximenus. quod invidi hanc artem nominum multiplicatione devastaverunt. totum autem opus nummi arte esse oportet. philosophi autem iusserunt huius artis doctores aurum nummosum facere. quod omnibus philosophi nuncupaverunt nominibus. Vos turba narrate igitur posteris Eximene aliquantulum illorum nominum ut sibi caveant. Et ille. nominaverunt ipsum salsare. sublimare. abluere. terere. ethelie. dealbare igne. vapore. cribrum. coquere. coagulare. in rubiginem vertere. ethel conficere. aes aqua sulfuris et copula. huius omnibus nuncupatum est opus quod aes contriverunt et dealbaverunt. Et scitote quod aes nostrum apud vulgus album est. cum autem sulfuris fumo occupatur rubescit et fit cubar. Ideo cum aes nostrum cum suis coquitur confectionibus in rubeum vertitur. quare philosophus ait quod plumbi natura velociter convertitur. non ignoretis quod philosophi statua carentes dixerunt. Ideo de constrictione et retentione.

multipl' tractantem. ut spiritus invisibiles castetis extrahatis quos ignis continue
comburere non desistebat. aqua non cum ille posita rebus prohibuit ne ignis combur
ret. et fecit sunt ille res. quanto magis ignis flamma occupatur. tanto mag
maque intimis absconduntur. ne ignis calore lederentur. aqua autem in suo ven
tre eas recipit, et ignis flammam ab eis repellit. Respondit turba. nisi corpora incor
porea faciatis. in nichilo estis. de aqua autem sublimationis non parum philosophi tractaverunt.
Et scitote quod nisi res igne diligenter contritis. ethelie non scandit. ea cum non scan
dente. in nichilo estis. nam cum ascendit, composite que tingitis tincture utrorumque fit per
qua ethelie. Hermes ait cribrate res. quoniam non alius ait. liquefacite res. Item
amagaras ait. nisi res igne diligentius contritis, ethelie non ascendit. Hoc magis
ait. ubi protulit quod ratiocinantibus album non exponam. Scitote quod plumbum nudea ven
tus cum contritur. nubes sublimat et maris vapores elevat. Respondit turba. obscure
tractasti. et ille ego exponam. in testa et vas in quo est sulfur incombustibile. agar tu
Jubeo autem vos ad congellare unum fusibile ex pluribus rebus. ut duo tria fiat.
et unum cum tribus. et unum duorum. Inquit anaxagoras. accipite incom anaxa
bustum fugiens, corpore carens. et ipsum incorporate. deinde accipite ponde goras
rosum fumum habens et quod habendum siccitates. Respondit turba que obscuritas est hec anaxa
gora. Expone quod dicas et caue ne sis inuidus. Et ille notifico posteris quod
hoc sitiens ethelie est. quod pendente sulfure. coacta est. vitreo igitur ea vasi impone
et coque quousque cinabar fiat. Id vobis deus pagit. hoc quod quaeritis archanum.
Jubeo autem vos continue coquere. et iterare ne vos tedeat. Et scitote quod operis huius
perfectio est aque sulfuris cum tabula confectio. deinde coquatur quousque rubigo fiat. omnes
namque philosophi dixerunt quod post rubiginem taurum iterare. venenum composuimus iam invenit.
qui non minime in nichilo se habet. Inquit pion. quod pitagoras de aqua iam pion
tractavit. quod in mundi omnibus nuncupaverunt nobis. deinde in fine sui libri de aqua fermento
tractavit. Jubet ut ei quod sulfuris mundi aqua imponatur et ad spatulum sue gumme.
Miror inimici turba. quare nunc in hoc tractatu operis perfectionis pravis quod in
unum narravit. Respondit turba. cur ergo putrefactionem dimisisti. Et ille unum dixistis.
putrefactio non fit absque sicco et humido. vulgus autem humido putrefacit. humido
utique sicco tamen coagulatur. et opus totum tamen dictum est opus. quod ius ... propter
... quod unum citrinus fugit. album vero fixum et immobile.
Alit costans quod vobis in uniuersis tractatibus dico autem quod necesse est hoc opus costans
... Respondit fili demonstra igitur quod sit ista. Et ille aqua terra ignis et aer. hec igitur
... habitus elementa sine quibus nihil umquam generatur. Sicut ergo humido misceate. quod sit terra.

et aqua. ac igne et aere coquite. unde spiritus et anima desiccatur. Et scitote quod tenue
tingens sumitur ex extrema terre parte. et tenui ignis et aeris parte. aqua pre
spiritus desiccatus est. Inferior igitur has partes impinguat. eo quod opus nostre nature intra vertitur.
cum illarum rerum subtilia sumitur. eo quod corpus fit tenue quod aereum tunc numorum
corpori spirituale tingit. Cavete igitur omnes huius artis investigatores ne res multi
plicetis. Invidi namque et multiplicaverunt et vobis devastaverunt varia quoque
regimina descripserunt, ut fallerent. humidum et ex humido siccum quod ex sicco. omnium
quoque lapide et metallo ac felle animalium maris. et volatilium celi. ac terre rep
tilium nuncupaverunt. Vobis autem tincturam volentibus notum est. quod corpora cor
poribus tinguntur. dico tamen vobis quod philosophus breviter dixit. et illum quod. cum dixit in
initio libri sui. tincture auri est ar. m. de cambar. et in numis est ar. m. de
masculo. In medio autem patet hic inspicienti quoniam duo sunt ar. m. Unum est unum.

agardetus.

[C]ait Agardetus. significo posteris quod solis et lune propinqua facio philosophis. qui
igitur vult veritatem pertingere, capiat cuius solis humorem et lune sputum. Respondit turba.
cur filiis tuis adversarius factus es. Et ille non dixi nisi verum. Et illi sume
quod turba suspicit. Et ille iam ostendebam vobis tamen volentibus. iubeo posteros de numis
accipere quos philosophi fecerunt. Et homines ad verum tingendum aptam partem et ex ere
philosophorum parte. ac numis miscere. et fit hoc totum .e. corpus. et vasi imponere cuius os
diligentius claudatur. ne aqua operiat. xl. quod coquitur diebus. tunc es cum numis iam
contritum in aquam ambo convertitur utraque. deinde tractato coquatur et non metuatur. deinde ap
eriat et inveniet nigredinem desuper apparentem. Iterantes ipsum semper coquat
quousque nigredo buhul que de nigredine numorum est consumatur. ea namque consumpta
preciosa illa albedo apparebit. deinde iterum suum iterantes coquat quousque desiccetur
et in lapidem vertitur. Et illum lapidem ab ere et numis genitum iterantes coquat contin
ue igne priore fortiore, quousque lapis dividatur et confringatur. ac cinerem vertitur. quod
preciosus est cinis hic doctrine filiis et quod preciosum est hoc ex eo fit. miscetes igitur cinerem
aque et iterum coquite quousque cinis ille liquefiat. deinde coquite et aqua imbuite per
manente. quousque compositio dulcis fiat et fulgens ac rubea. imbuite et quo
usque humida fiat. amplius igne fortiore priore coquite, ac vasis os diligentius
claudite. hoc enim regimine corpora fugientia non fugientia fiunt. et spiritus in corpora
et corpora in spiritus vertuntur. et a se invicem nectuntur. deinde fiunt corpora spiritus animas habentes
tingentes. eo quod invicem germinant. Respondit turba. Iam notificasti posteris quod eris rub
igo accidit, postquam nigredo et aqua dealbatur permanente. deinde congelatur. et fit
corpus magnesie. deinde coquitur quousque totum corpus confringatur. deinde fugiens tenere

citur. et fit ex umbra corpus. imo et fit citrino de opere phoy. quid ergo dimittis posteris cum uere propriis nominibus res minime nuncupasti. Et ille: utinam sequeris uestigia, que ad modum nos tractaui. Turba. Bonellus iam dicas. Si enim aliter ageres, dicta tua in libris tuis scribi non uiderem. ¶ Inquit Balgus agnitus. uiri uestra turba. Iam dixit pandulfus. Benefactor tamen quamuis fallit, quam uis bene faciendi habet affectum. Et illi iam dicas. dic ergo secundum tuam sententiam et caue ne sis inuidus. Et ille. Scitote quod uidi. hoc archanum umbra sequuntur. physica. astronomia. ymaginum artes secundum constellatores. arboribus. metallis. uaporibus et reptilibus. et ubique multiplicauerunt quanto potuerunt. quod totum eorum opus firme percipitur. Jubeo tamen huius sapientie inuestigatoribus. ut ferrum capiant et laminas ducant. deinde ueneno misceant et suo uasi imponant. cuius os diligentissime claudant et cauete ne humores multiplicetis, uel siccum ipsum ponatis. Sed miscete fortiter ut massam. et scitote quod si masse aquam multiplicetis, camino non continetur. Si enim massam desiccetis, camino non iungitur, nec coquitur. Jubeo autem uobis ut ipsum diligentius conficiatis. deinde suo uasi imponatis. cuius os interius et exterius quam luto claudatis. ac carbonibus super ipsum accensis post dies aperiatis. tunc inuenietis laminas ferreas iam liquefactas in uasis aut colyptorio in pruos(?) inuenietis nodos. igne igitur accenso acetum sursum ascendit. et namque nam spiritualis est in aera scandens. quod iubeo uobis ut per eam teneatis. Jam scitum est quod de coctionibus ablutionibus quod multiplicatis congellatur et ab igne colloratur. et quod nam conuertitur. hac enim decoctione liquefacta cambar non disiungitur. notifico et uobis quod hac minima decoctione tertie partis aque pondus consumi. residuum non fit uentus in spiritu cambar. Et scitote quod nil est preciosius quam excellentius nec rigentius maris arena rubra. lune autem sputum coadunatur cum radiorum solis luce. luna perficiatur nocte preciosius. solis namque calore res congellatur. tunc illo uulnerato, nocte data quod res iungitur. et quanto magis dies transeunt, tanto intensius congellatur nec comburitur. nam sol ex coquit ipsum et congellat, ac bello potens terrenum superare ignem facit ablata infirmitate. Turba. bonitus. non ne scis balge: quod lune sputum non legitur nisi ex ure. Et balgus. iam dicas. Et ille cur arborem dimisisti narrare, cuius fructum qui comedit non esuriet umquam. Et Balgus. notificauit michi quidam quod sciam consecutus est. quousque illam uiuentes arboris conueniens operatus est. ac fructu extracto comedit. michi autem querenti eam mera descripsit albedine, ratus quod ipsam absque labore inuenit. disponendi autem eius perfecto etiam est. michi autem querenti qualiter cibo nutritur

quousque fructiferet. Aliter: accipe illam albam arborem et edifica ei domum circumdantem
rotundam tenebrosam, rore circumdatam, et impone ei hominem magne etatis centum
annorum, et claude super eos et necte fortiter ne adeo ventus seu pulvis per-
veniat. Deinde per 80 diebus in sua domo dimitte. Dico quod ille senex de fructibus
illius arboris comedere non cessat ad numeri perfectionem, quousque senex ille iuvenis
fiat. O quam mire nature que illius animam senis in iuvenile corpus transformaverunt, ac
pater filius factus est. Benedictus sit deus creator optimus. // Inquit Nosil.
Dicturus sum in hiis que Bonitis narraverunt. Et turba dicit: fac, namque tu non pulcre
dixisti. Et ille: sequens Bonitis vestigia et terram perficiam. Sciendum est quod omnes philosophi et
... hanc celassent dispositionem, in suis tamen tractatibus verum dixerunt, cum aquam
vitam nominaverunt, eo quod quod illi miscetur aque moritur, deinde vivit et iuvenis
fit. Et scitote omnes discipuli quod ferrum non fit rubiginosum nisi hac aqua,
eo quod laminas tingit. Deinde imponatur in sole quousque liquefiat et imbuatur, deinde
congelletur. Huius quod diebus fit rubiginosum, id est illuminatum. Aut hac si inventum me-
lius est. Ait turba: Theofile, cave ne sis invidus; perfice tractatum tuum. Et ille:
immo sileo quod reliquum. Et illi: dic quod nescimus. Et ille: quidam fructus exeunt primo
a perfecta arbore, et tempore ... florent, et quanto multiplicantur tanto decorantur
quousque pagantur, et maturando dulces fiant. Sicut illa mulier suos fugiens
coniuges, quibus parce, quoniam vero irata domestica fit, nec dignatur se superari, nec
ut suum coniugem sibi habet decorem, qui fortitudine eam diligit, et cum ea pugnans
vigilat quousque concubitus cum ea pagat; eius fetus deus perficiat, filios
quoque multiplicet prout sibi placet. Eius autem decor igne consumptus est, qui ad
suum non tendit coniugem nisi libidinis causa. Tamen ... ad eam ... Et notifi-
co vobis quod draco nunquam moritur. Philosophi tamen mulierem suos coniuges interficientem neca-
ri decreverunt. Illius enim mulieris venter armis plenus est et veneno. Effodiatur igitur illi
sepulcrum draconi, et sepeliatur illa mulier cum eo, qui cum illa fortiter victus,
mulier quanto magis eum nectit et volvitur circa eam, tanto corpus eius muliebri-
bus armis in mulieris corpore creatis in partes secatur. Videns se autem mulieris ar-
tubus mixtum certus fit morte, et totus vertitur in sanguinem. Videntes autem
philosophi in sanguinem versum, in sole dimittunt pluries quousque eius lenitudo consumatur,
et sanguis ... arescat, et venenum invenitur. Illud iam apparens est ventus est
occultus. // Inquit Bonelus. Sciendum est omnes discipuli quod ex elementis nichil fit utile
absque coniunctione et regimine, eo quod sperma ex sanguine generatur et libidine. Viro na-
que mulieri commixto, venter humore sperma nutrit, et sanguis humiditate et

Balgus.

Nosil.

Bonelus.

calitate. pactis uero .xl. noctibus sperma formatur. si enim humitas uti et
calor non esset. sperma non maneret. nec fetus generetur. deus autem illum
sanguinem et calorem ad nutriendum sperma constituit. quousque extrahas ipsum
ad libitum. fetus autem extractus non nisi lacte nutritur et igne per e paulatim
dum paruulus est. et quanto magis exuant. tanto ossibus confortatis in iuuen
tutem ducatur. nunquam perueniens sibi sufficiat. sic ergo hec te oportet in hac arte facere.
et scitote quod absque calore nil unquam generatur. et quod balneum intenso calore
perire facit. si uero sit frigidum fugat. si autem temperatum sit corpori conueniens et su
aue fit. quare uene lenes fiunt et alluuntur et caro augmentatur. ecce uobis demon
stratum est omnibus discipulis. intelligite igitur. et in omnibus que regere conamini
deum timete. // Ait mosius. notum est quod inuidi plumbum eris formandi istum Mosius
inuenta nominauerunt simulando posteros seducentes. quibus notifico quod illa com
posita formandi fuit ex nostro puluere albo stellatico et splendido et lapide nostro concauo
ac marmore. quorum tamen ex nostro nullus puluis est aptior et compositioni nostre conuictori
puluere scilicet arie. ex quo apta fiunt ista formandi. Amplius philosophi iam dixerunt ponite insimul
ex omnibus. non tamen nominauerunt quod omnium nec cui aurus. Et scitote quod harum regum rerum est
toto opere difficilius. et si ex compositum plus quam oportet regatur. eius lumen apellago supitum
extinguitur. quare philosophi iusserunt ut obseruetur. luna igitur perfecta hac accipite et arene imponite quo
usque dealbetur. Et scitote quod arene ipsum sponentes et restantes nisi patientiam habe
atis erratis in regendo et opus corrumpatis. coquite igitur ipsum leni igne quousque de
albatum ipsum uideatis. deinde aceto extinguatur. et unum ex tribus iam a socius separatum
inuenietis. Et scitote quod primum ibi sit commisceat. simul conbuntur. tertium uero hoc facere.
prius igitur .9. .3. aceti imponite bis primo cum uas calescat. secundo uero cum iam calefactum sit.
Inquit mundus. oportet uos omnes huius artis inuestigatores scire quod ex ergo philosophi Mun dus.
nominauerunt et iusserunt kekel. scilicet. kbus gebum et gummi. unum et idem sunt. ne cures
igitur rerum pluralitatem. nam una est philosophorum tinctura. cui ad placitum nomina imposuerunt et ob
lato tempore nomine ipsum nigrum nuncupauerunt. eo quod primo extractum est apellago. et
scitote quod prisci sacerdotes in uestitum eius intrantes suis dignati sunt ponere artificaliter.
quare ad aras suas ueneradas et mundificadas ne sorditum quod introducat et immun
dum. kekel tincto eo lore tinxerunt. tirius autem collo nostro quod intrans et tenens suus
posuerunt redolentior est et mundior. quam quod animus describi potest. qui quamuis nostro rubro ex
purissimo extractus est. quod suauis est odoris pulcer et putrefaciendo non sor
didus nec inmundus. Et scitote quod plura ei nomina imposuimus. quod omnia sunt uera.

cui exemplit.

cui exemplum apud Tellecum habentes est tertium quod mollitur. et toto alio nomine nuncupatur:
exemplo in diuisas species cibo diuiso, uaria paruus quoniam fiunt nomina singularum habitudinum. totum
fermentum est uno nomine nuncupatum. a quo plura nomina distincta sunt. sic tirium nomen in uno
quoque regimus gratiosum sui eo lotis uoce nuncupamus. Qualiter aurum pigmentum et sulfur de-
albetur. Capiatur dimidium rotuli auri pigmenti citrini laminati et teratur fortiter cum sale
suo dimidio equali et acrimo aceto. quousque ut lutum fiat et desiccetur in sole calido
ut uasculo leni igne, quousque puluis fiat. deinde aceto imbuatur postquam tritum. et teratur
continue ut prius. deinde desiccetur ut prius. et uasculo extrahatur. et teratur quousque
puluis fiat et ponatur in testa ethel sicut tu manu et figuli cum luto ex quo coopera-
tur os ethel continete. et contactus claudatur et leuis accendatur ignis super ipsum per
dimidium unius diei uel diem perfectum. aperiens igitur inuenies ipsum super ethel sublim-
atum et candidum. Si autem totum ascendat accipe. sin autem uel aliquantulum citrini
insit colloris. reiterans contere ipsum solum quousque puluis fiat, et teste redde ut
prius fecisti contactus que claude, et accende et fortius. et aperiens autem inue-
nies ipsum magis sublimatum quam prius. reitera et opus conterens ipsum solum quousque
ascendat ut sal. et ne tedeat te. eo autem adhuc albedinis ordinem peruen-
iente suis operari accipe. sal ar. et quod expertus est equale. tere et in testinis in-
pone. ac nodis colliga. humida que sepe in terra. hoc autem pacto in aquam uertitur:
qua aqua auri pigmenti dealbatum erit, quousque fiat ut cera. pone ipsum in uasculo
clauso ore et sepelli per 3. ebdomadas. eis que peritis in aquam uertitur. accipe tunc de
argento quantum uis, prout libes de aqua. et subtiliter elima, et illam imbue aqua et
sit aqua ut septima pars argenti. et fortiter in marmore tere ac uitreo
uasculo impone super lenem ignem constituens, quousque desiccetur. deinde ad mar-
mor ipsum reiterans. tere aqua equali predicta. et desiccata per ut prius desiccasti.
Reitera igitur hec donec cum de hac medicina aliquantulum lamine eris superpositum bene
calefacte ut granum tritici et uideas ipsum liquefactum fluxisse et dealbasse et quod nil
super lamina remansit. iam factum est. sin autem reitera operando et imbuendo quousque
hec compositio perueniat. deinde pone .1. super .20. fit argentum optimum. Sin autem uis hoc
capitulum reiterare. liquefac ipsum sale ar. hoc modo, tere medicinam tuam sale ar. et sepelli
quousque liquefacta in aquam uertatur. deinde coagula hoc modo. pone ipsam in uase clauso
ore. et igni impones accende .21. diebus uel .28. tunc coagulatur. pone unam super
20. et amplius. // Ait philosophus. notifico posteris. quod natura masculus est et _philosophus._
femina. quam uidi eam esse magnesie nuncupauimus eo quod in ea est maximum archanum.
ponite igitur omnes huius artis inuestigatores magnesiam in suo uase, et diligenter
coquite. deinde post dies apparentes, in aquam totum inuenietis uersum. cogite quo

us(que) coaguletur et se ipm optineat. Inuidorum aut(em) librus pellagus audientes
scitote q(uod) humorem significat. panno uero significant uas. medianus quoque uas
significat. eo q(uod) germinat et florescit. Inuidus aut(em) dicentibus ablue quousque
agadimon. eris nigredo exeat. quia hanc nigredinem numos noiant. Agadi
mon aut(em) clare demonstrauit cum hec uerba non dubie protulit. Nouit omnes
huius artis inuestigatores q(uod) rebus prius mixtis et semel decoctis, in
uenietis nigredinem prescriptam. s. q(uod) omnia nigra fiunt. hec igitur plurium sap
ientum de quo libris suis frequentissime tractauerunt. non nulli quoque
pictagoras. dicunt numum nostrum nigrum. Inquit pitagoras. Qum multa est philos
ophorum diuersitas in hiis que prius posuerunt et eorum questio in hac paruula re uilis
simaque regitur preciosi. et si uulgus omnis huius artis inuestigatores istud paruli
et uilissimum sciret. mendacium putaret. cuius uim si scirent non uilipenderent.
orfultus. hec aut(em) a populo deus celauit ne mundus deuastaret. Ait orfultus.
Sciendum est omnes sapientiam diligentes cum eximedius in hac arte tractaret,
et lucidiores nobis libros poneret. q(uo)d quiescat q(uo)d dixit brutum animal est. ego aut(em)
huius paruuli regimen uobis exponam. ut in hac arte introductus audacior fiat
et certius experiatur. et quamuis sit paruum. comparet tamen et uile caro et carum uili.
Et scitote q(uod) initio miscendi corpora uos ea cruda. amena. sincera. et non recta,
super leni igne commiscere. et cauere ignis intensionem. quousque ea con
tingantur, et se inuicem consequantur ac complectuntur complexione qua paulatim ob
inuitur, quousque nullo leni igne deficeret. Et scitote q(uod) unum comburit unum
et destruit. et unum confortat unum et docet ipsum contra ignem pugnari. Post primam aut(em)
combustionem eos se abluit, mundificauit, et igne dealbauit quousque omnes res unus
fiat color. Cum postea eos uos totus humorus residuum misceret et totum eius ru
bor exaltabitur. ea ex igne diligenter cocta leccatur et talienas [illegible] uas.
eo q(uod) liquefactum est quod est caput fit non liquefactum. humidum non siccum et spissum
corporum spiritus et spiritus fugiens, fortis contra ignem pugnans. Quare philosophus ait gutte
ea corpus quod inuenies. coquite aut(em) ea. est humidum facere siccum et fugiens
fixum [illegible] at pacta dispone. dimittatur igne quousque spissitas attenuetur
et rara tingens remaneat. Et scitote q(uod) colorum mors et uita ab igne fiunt.
et q(uod) compositum germinat se ipsum q(uod) gignit cooperantis deo fauente. Collo
ribus aut(em) sapientibus miracula uidebis sapientie dei. quousque tirius color
pagatur. O mirabilis natura celestis naturas tingens. O nature celestes ea
regimine separantes et conuertentes. nichil igitur est preciosius huius naturis tinctura
que compositum multiplicat et facit esse premium et fixum. Inquit [illegible]

Exim-
ganus. Inquit eximiganus. Iam tractasti lucas de aeramento et nitro quod est magnesie quod
te decet. et iussisti posteros exerceri et libros legere. sciens quod philosophi dixerunt in spiritu
latente spretum. et nollite ipsum vilipendere. eo quod eum permanet magnum arch-
lucas anum et multa bona operatur. Ait lucas. dico posteris quod luciorus est heres
quem narrasti. quod sic philosophus ait. comburere est et comburere. atque et comburere aurum. Turba eximiga-
nus. ecce tenebrosius procedis. Turba. illumina igitur quod tenebrosum est. Et ille
hoc quod dixit comburere et comburere et comburere. in nominibus tantum est. re autem unum et
idem sunt. Et illi heu tibi quod breviter tractasti. cur livore inficeris. et ille. pla-
cet ut pulcrius dicam. Et illi age. Et ille. significo posteris quod dealbare
est comburere. rubeum facere non est vita. invidi autem nomina multiplicaverunt ut
posteros seducerent. quibus significo quod huius artis diffinitio est corporis liquefactio. et
anime a corpore separatio. eo quod est ut homo et animam habet et corpus. oportet igitur nos omnes
doctrine filii corpus diruere et animam ab eo extrahere. quare philosophi dixerunt quod
corpus non penetrat corpus. verum subtile naturale quod est anima que corpus penetrat et tingit. in
natura est igitur corpus et anima. Turba. volens explanare tenebrosa verba pro-
tulisti. Et ille significo vobis. quod invidi narrantes dixerunt quod saturni splendor
non apparet nisi tenebrosus quando in aera scandit. et quod mercurius radiis solis occultatur.
et quod ar. in. sua ignea [illegible] vivificat et opus perficitur. venus autem cum sit orien-
artam-
us. talis solem precedit. Ait artamus. scitote omnes huius artis investigatores,
quod opus nostrum cuius inquisitionem passi estis. ex maris fit generatione quo pre-
post deum et in quo opus peragitur. Accipite igitur algir et vetes lapides man-
nos et carbonibus assate quousque albi fiant. deinde albo aceto extinguite si as-
sati fuerint et. x. uncie eorum calor tertia parte sui generis extinguitur. s. g.
uncias. et aceto terite albo et cogite in sole. et terra nigra. per. xx. dies. sum-
autem opus sit a decimo die mensis septembris. ad. x. libre. huic autem secundo acetum
nollite imponere. et dimittite ipsum coqui quousque suum desiccetur acetum. et terra
fixa fiat ut terra egyptiaca. et scitote quod opus illud citius congellatur. aliud
vero tardius. hoc autem accidit ex coquendi diversitate. si enim locus ubi coquitur
humidus et viscus fuerit. citius congelatur. si vero siccus. tardius congellatur. Inquit
fiorus. fiorus. tractatum tuum munde rector perficere. non enim peregisti coquendi dispo-
tiones. Et ille age philosophe. Et phiorus. doceo doctrine filios. quod bonitatis
prime decoctionis signum est ruboris extractio. Et ille. describe quid
est rubor. Et fiorus. cum videritis ipsum totum iam nigrum. scitote quod albedo
tunc in illius ventre ingreditur occulta est. tunc oportet vos illam albedinem extrahere

ab illa nigredine subtilissime cuius quod satis eas discernite. Secunda autem decocti
one ponatur illa albedo in vase cum suis instrumentis et coquatur leniter quousque
omnia alba fiant. Videntes autem omnes huius artis investigatores illam albedinem
apparentem in omnibus super eminentem in vase, estote rati quod rubor in illa albedine
occultus est. Tunc autem non oportet illam extrahere. verum coquere quousque totum rubeum
fiat altissimum et sibi carens. Et scitote quod illa nigredo prior ex natura marteck
fit. et quod rubor ex illa extrahitur nigredine, eo quod illud nigrum emendavit. quod
inter fugiens et non fugiens pacem componens, ea in unum reduxisti. Respondit turba. et cur
fiunt hec. eo quod cruciata res cum in corpore submergitur vertit ipsum in naturam inalterabilem ac
indelebilem. Oportet nos igitur hoc sulfur scire quod aes denigrat. Et scitote quod illud sul
fur non potest cruciari, nec tingi. sed id cruciat et tingit. et quod sulfur quod denigrat
est quod non fugienti unitam iungit, et non fugiens cum fugientibus vertitur. Nonne vi
detis quod cruciatus non cruciat nocumento nec corruptione, verum coadunatione et utili
tate. Si enim eius cruciatus esset noxius et corrumpens, non ab illo compleretur.
quousque ab eo colores extraheret inalterabiles ac indelebiles. Quod sulfuris aquam vo
camus, et ad ruboris tincturas aptavimus. Quod decocto non denigrat. Quod autem deni
Mudus. grat quod non fit absque nigredine clavem operis esse notificavi. Inquit Mundus.
Scitote omnes huius artis investigatores quod caput est omnia. quod si non habet omne quod ipsum
emendat non proderit quicquam. Ideoque magistri illud quod perficitur unum dixerunt. Nec ei diverse illam rem
emendant nature. verum una et convenientes. quam nos oportet precise regere. regendi namque ig
norantia non nulli erraverunt. Nolite igitur harum compositionum pluralitatem curare. nec
ea que in suis libris posuerunt. veritatis namque natura una est qua nullo mutatur.
eo quod illud archanum ille in suo ventre occultum est. non videtur nec sentitur nisi a sapiente.
qui igitur parare regit cuius quod sit complexionis extrahit ex eo naturam omnes naturas superantem.
Tunc igitur magistri verba complebuntur. natura scilicet natura letatur. natura naturam superat et natura naturam continet. et
tamen non sunt diverse nature. nec plures. verum una suas habens vires in se quibus ceteris rebus
imminuit. Nonne videtis quod magister uno orditus est et uno finivit. Deinde illas
Bratus. unitates aquam sulfuream nuncupavit totam naturam vincentem. Ait Bratus.
Quod plures hanc aquam descripsit sulfuream mirum. nisi enim spissa corpora, natura corporis
carente diruatur quousque fiat corpus incorporeum. spiritus scilicet tenuissimum. non po
testis illam animam actingentem extrahere, que in eius ventre occulta est.
Et scitote quod nisi corpus diruatis quousque moriatur, et ex eo suam extrah
atis animam que est spiritus tingens. neque quicquam eo corpus tingere potestis. oooo
Distincto exemplo freti. Arislei scilicet visio quod exemplum cum ad huius artis opus
Erisleus. componit. et ad sua instrumenta. ignes. imbutiones. dissolutiones ac congelationes.

quam nemo legit aliquantulum intellectum habens qui nesciat absque eo quod alia non indiget.
fructus autem vobis quem Arisleus composuit tempore quo adunati sunt ad tractandum. Ait
Pittagoras. vos scribitis et scripsistis iam posteris qualiter hec preciosissima arbor plan
tatur. cuius fructus qui comedit non esuriet unquam. Scientes quod quicunque vestrum qui noscat
arborem illam. et omnia eius instrumenta. immo eam viderit. deinde plantet. nequaquam tamen poterit ex ea
comedere nisi ad eius perveniat certitudinem. Dic ergo mea precor oppinionis et
pone nobis ex posteris intelligibile. quo possint eam regere. nec dimittas
qui hanc novit arborem deinde plantavit sua angustia triste mori. Et ille.
libenter domine. presumam tamen vestram reverens timeo. ne forte ad vestram possim pervenire optatum.
Et Pictagoras. dic apertius quam potes et cave tenebras. Et ille da michi terminum ma
gister. Et Pictagoras. accipe. Crastina autem die congregatis omnibus philosophis et felicis
simis discipulis. x. quorum maior et honorabilior apud ipsum ac suos testamentos libros
et fuit et philosophorum mediator. Arisleus extiterat ablodissimi filius. deinde pandolfus belthoca
armenii filius. et artofius mediterranelli filius. et fabtis ebranisius et primenides.
et lucas ermenefus aciadimum acterii filius. et tunus mesula hadi filius et foncius medi
filius hach et crameguorus diachi germatica filius. dixit ei Pictagoras quid egisti
Arislee. Et ille vidi magister inopinus mirum quid. dixit ei philosophus. quid vidisti Arislee.
vidi me et quosdam nostrum egressos in mari finitima mundi continente. Et ecce habitatores
maris secum in eam concumbentes et nil eis gignitur. et arbores plantantes et non fruc
tiferant et seminantes et non nascitur eis. Et dixi quod nobis nunquam quamvis plures sitis nemo
vestrum philosophus est qui nos doceret. dixerunt illi quid est philosophus. et ego qui res novit. Et
illi quid prodest eius scientia. Et ego si in vobis philosophus esset filii vestri multiplicarentur. ar
bores vestre non morerentur. ac semen vestrum cresceret. et bona vestra augmentarentur.
et cunctis reges omnes inimicos vestros superantes. cunctibus autem ipsis et domino eorum hec sig
nificantibus eundem scilicet marino mittentes ad nos aiunt. qui nos introduxit ad nos. Venien
tes diximus magister vester natum caput misit nos ad te munus offerentes. Et ille
ubi est munus vestrum. Et ego magister meum munus occultum est. non pateris. Et ille
offerte in conspectu. sin autem interficiam vos. Et ego. misit nos magister noster ut
doceremus te gignendi qualitatem et arboris plantandi. et ex qua qui comedit
non esuriet unquam. Et ille. maximum munus magister vester michi obtulit. si ve
rum dicatis. Et ego. domine quamvis sis rex. malo tamen vestris regimine. Masculos namque
masculis coniunxisti. Sciens quod masculi non gignunt. generatio enim animalibus fit
et feminis et maxime ex composito. maribus namque feminas ducentibus gaudet una
natura. et fit generatio verax. naturas igitur alienis intra te coniungentes naturis
quomodo naturalem veritatem gigni speratis. Et ille. quid igitur est aptum coniunctum. Et ego

duc ad me filium ~~tuum quem~~ omnibus dilectiorem habes. Et duxit ad me filium
suum cabritum. Et dixi ei: ubi soror eius beia? Et ille: heu tibi, nunquid mag
us es? unde scis sororem eius beiam? Et ego: scientia generandi nos docuit, quod sororis
sue nomen est beia. eo quod cabritis quamvis sit masculus, soror eius beia quamvis sit
femina, ipsum tamen emendat, eo quod ex ipso est. Et ille: cur vis beiam? Et ego:
quia generatio non fit absque ea, nec convenit. Mittens autem eam presentavit. Et ecce
puella candida tenera et suavis. Et dixi: coniugandum habuitis beie. Et ille: heu
tibi, nunquid vir suam ducit sororem? Et ego: etiam sic fecit pater noster adam
suis filiis, quare tam plures sumus. Et ille: quia plures estis. Et ego: tu autem
mandatis meis si obediens fueris, beatus eris. Socii tamen mei dixerunt: mi
sustine. quid tibi convenit vis. Et ego: nil ab hoc mari nos extrahit nisi
cabritis et beie coniugium. Rex autem ait: ego eam nobis tradam. Mox autem cabritus
ei coniungente ipsoque cum ea concumbente protinus mortuus est. Rex igitur ad furorem
irritatus dixit: filii mei mei morte vos omnes neci dabo, quem ei magicis
artibus vestris accidentes metuebam. mala igitur nobis nollentes ingressi estis ad nos.
Deinde me socios que meos mancipans in domo vitrea carceravit. Super quam
aliam domum edificavit, super quam etiam et aliam, et in tribus domibus facti
sumus. Tunc dixi ei: ex quo tam festinas nobis penas intulisti, trade
salutem nobis tuam filiam, ut deus forte nostri misereatur et tuum tibi
reddat filium iuvenem tenerum plus multiplicatum. Et ille: nunquid vultis
amplius meam inficere filiam? Et ego: noli festinare rex mala pu
tare et cruciatus nobis inferre; sustine aliquantulum et tuam nobis filiam
trade. Tradicta autem mansit nobiscum in carcere. 80. diebus et maximus
in tenebris undarum et intenso estatis calore, ac maris turbatione
cuius nunquam nobis similis accidit. Nobis igitur fessis vidimus te magistrum in somp
nis. petiimus ut nobis subsidium horfolto discipulo tuo offeras, qui
nutrimenti auctor est. eo igitur concesso gavisi sumus gaudio magno
et misimus ad regem dicentes quod filius tuus commotus est.

phus. Inquit philosophus. Prima compositio scilicet corpus magnesie ex pluribus
fit rebus quamvis unum quod facte sint uno tamen nomine, quod priores al
bar eris nuncupaverunt. Cum autem regitur, decem nominibus nuncupatur
sumpta a coloribus qui in regimine in huius magnesie corpore apparent. oportet igitur
ut plumbum in nigredine coniungatur. Tunc x. predicta in aurum fermento ap
parebunt cum sericon quod est compositio, que et decem nuncupatur nominibus.
omnibus autem prefatis nil aliud significamus nominibus, quam albar eris. eo
quod tingit omne corpus, quod in compositione intravit. Compositio autem duplex est, una.

hunda. altem uo fiat. cu pinde coquitur fuit ... et dr bonu plimo
ru nomz. Cu uo rubeu fit. auri flos dr. et auri fermtu. auru coraly.
ac auru ostri. dr et redudans rubeu sulfur. et rubeu auripig. dum
aut crudu crudu pmanet. plubu eris dr. uirga metalli. ac lamu
na. Ecce eius patefeci noia tam cruda qz cocta ea ab iuicem dist
inguens. esto igr ratus. oportet igr me nc tibi ignis qtitate dem
ostrare eius qz iuium dieru ac ignis iunoquoqz gradu diusitate
intensiois ut qbus hunc libru habuerint sibi qz pprius fuit abegestate me
diana ali qz ex hac preciosissima arte carente securus pmaneat. Dici
igr igne multis fi modis. qda eni fit stipul et cinere et carbonibz
et flamis. qda uo absqz flama mediocris et intetissima flama. Sed
mes aut int has quatitates mediocres expuntu demostrat. plu
bu aut est plubu eris. inquo totu est archanu in die ul pte
diei. de diebus aut noctibz inquibz maximu archanu psed erit
in loco pprio insequentibus tractabo. Et scias firmissime qz si paru
auru in cpositione ponatr. efficiet tinctura patens candida. qr et sublime
auruz et auru patens ipuiom tesauris phoy inuenitur. Jeqz dispaia
sut eaq insua uitroducut cpositionez. qua ius ola comiscerantr et iplubu
eris cputatr. tasius puoribz efficientia naturis inuna natura utantur
nouaz. tc igr una dicatr na et unu genus. Hus pactis ponatr iuase
uitreo. ut qualr cpositu potat aqua et colloribz alterur. inunoquo
